



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,  
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1649**

§. 2. Historiæ author & conuenientia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](#)

potuissent prebere substantiam, auelli ab eius vis  
sceribus maluerunt; tanto deteriores effecti illis,  
qui nunqua ori Dominico illati sunt, cibis, quan-  
to id, quod nausea compellente proiecimus, odibi-  
lius detestamur. Quod si hunc Acedia, in vi-  
ris pijs, & de salute sua solicitis fructum pa-  
rit, quæ damna non efficiet in Politicis illis,  
aut secularibus animis, qui in utramuis au-  
rem otiosè dormiunt, & verè, neque frigidi,  
neque calidi sunt: vellent enim sua beatitudi-  
ne, ad quam conditi sunt, non excidere, &  
tamen nolunt ea facere, quæ necessaria sunt  
ad beatitudinem consequendam. Prodest  
igitur, immo valde necessarium est, ut Ace-  
diam in Arcadico germe aliquo penitus  
inspiciamus, quod in Exempli narratione fa-  
ciemus.

II  
HISTO-  
RIÆ AV-  
THOR AC  
CONVENI-  
ENTIA.  
Spec Ex-  
emplorū  
dist. 4.  
exemp 1.  
Item Ca-  
rolus Ab-  
bas, in

Vt autem appareat, non illico contem-  
nenda esse, quæ obvia sunt, ex obuio libro  
historiā recitabo, hoc ipso non obuiam, quia  
optimus liber à multis non legitur, obvia  
non legentibus, cùm sectentur peregrinā;  
curiositatis studiosi, non pietatis. In eo igi-  
tur volumine, cui titulus est *Speculum exem-  
plorum*, narratur, quod etiam alios in suis li-  
bris non piguit commemorare, de duobus  
fratribus, Parisiis, tanquam ad mercatum  
bona-

bonarum artium ac litterarum, caussaq; stu- Stēmat.  
diorum, missis. Horum ego historiam tanto Christi.  
libentiūs recito, quia & huc solent mitti die 15.  
quām plurimi adolescentes & iuuenes, vt, in Maij.  
celebratissima Academia, scientijs ditati, Item in  
domum redeant, cum gaudio parentum, pa Lauret.  
triæ suæ emolumento, & cæli applausu; qui, ad illud  
in hoc exemplo, vitam moresque suos perspi- Spiritu  
cuè intuebuntur, siue Palladem, siue alia à Sancte  
litteris & sobrietate abducentia Numina ad- Dēmī  
uenerentur; siue reducti, siue seducti. Nemo  
quippe in vitio à primo ortu fuit, sed vel sua  
quisque culpa fit improbus, vel alterius ex-  
emplo.

Duo, iisdem parentibus, nobilitatis anti- III:  
quitate opibusque claris, oriundi fratres, ad Dvorum  
Parisiensem Academiam amandati, egregiè FRATRVM  
ostenderunt, se eodem ouo prodijisse, non DIVERSA  
eodem astro natos fuisse. Ut enim inter pri- MORIES,  
mos fratres, Abel & Cain; & inter Iacob at-  
que Esau; itemque inter Etheoclem & Poly-  
nicem Oedipi filios; interque Romulum &  
Remum: ita & inter hos magnum vitæ mo-  
rumque discrimin intercessit. Minor, maio-  
rem ingenio, diligentia, pietate; maior mi-  
norem otij amore, libertate ludendi, vitæq;  
licentia superauit. Et quia ignavis semper